

LECTORI SALUTEM.

Ut vehementer colendi nobis sunt, Amice Lector, omniq̄ omnium
laudum genere cobonestandi, qui ipsi aliquod monumentum suæ indu-
striae reliquerunt, quo bonæ artes adjuvantur: sic ii, quibus hoc stu-
dium est de posteris benemerendi, non minorem laudem merentur, quæ-
cumq̄ à doctis viris mandata literis, digna existimantur, precio ut
comparentur, et piis mentibus ac sacrarum literarum, id est, veræ glo-
riæ studiosis communicentur. Hoc enim ubi accidit, ibi Ecclesiæ
et Scholarum, hominumq̄ in virtute vigilantium præclara est con-
ditio: nec earum artium scientia, quarum adjumento ad vitam bene-
beatèq̄ instituendam indigemus, non desideratur. Quocirca pii
Magistratus, et omnes fortunæ bonis à DEO ornati, rectè faci-
unt, quibus in condendis atq̄ instituendis Ecclesiis et Scholis, ni-
hil præter DEI gloriam et communem juventutis utilitatem pro-

Mus. Löb. 13 (Tenor)

